32-311
III/722

Actum in Castro inferiori Leopoliensi Sabbatho post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo

Ad Officium Actaq[ue] praesentia Castren[sia] Capitan[ealia] Leopolien[sia] personaliter veniens Gnosa Maribella Zaszczowna Gnosi Stephani Nicolai Zaszcz Thesaurarij Belzen[sis] filia ex olim Gnosa Marianna Skotnicka procreata Gnosi vero Andreae Kuropatnicki Consortis legitima cum eiusdem Gnosi Mariti sui Vti Tutoris Coniugalis assistentia et personali consensu suo et Gnosa Marianna Radziszewska Gnosi Alexandri Radziszewski Vicelustratoris Regni Secretarii Sacrae Regiae M[aies]tis filia ex olim Gnosa Elizabetha Skotnicka procreata Sororis vero suae Amittinae nomine eidem Officio praesen[tes] in et contra Gnosos Praeclaum Wielogłowski Vicecapitaneum et Iudicem Causarum Officii Castren[sis] Capitan[ealis] Brecen[sis] et Wasiakowski Notarium Castren[sem] Capitan[ealem] Biecen[sem] Vti officiales pro tunc existentes, Necnon Adm Rndum Paulum de parva Skotniki Skotnicki olim Magnifici Ioannis Skotnicki Castellani Polanecen[sis] filium cum olim Magnifica Zophia de Dobrek Ligęzianka procreatum et Zophiam de eadem parva Skotniki olim Gnosi Nicolai Skotnicki filiam Gnosi vero Jacobi Kalinski de Kalina Pocillatoris Terrae Sanocen[sis] Consortem Vti

eiusdem Officii Castren. Capitan. Biecen. partem adhaerentem
solenniter questa et protestata est in eo Quia ipsi praenominati
Officiales in contrarium Iuris communis et Officiorum suorum
non attento eo, quod unicuique Officio ex Iuris praescripto vel
maximè libera voluntas sanitas mentis et corporis, discretio
in personis recognoscen. ac circumstantia temporis consideranda
sit, Inscriptionesque iustae et legitimae quae nimirum absque cuiusvis
Iuris laesione, et praesertim personarum valetudinariarum, et ad
recognoscen. inhabilium suscipi et in Acta sua ingrossari de-
beant, ausi sunt Inscriptiones quasdam Iuri et aequitati contrarias
Unam quidem Inscriptionem Donatoriam de Acta et data in Ca-
stro Biecen. Feria Quinta Magna Coenae Domini Anno eiusdem
1661 ao Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo proximè praeterito
per Memoratum Rndum Paulum de parva Skotniki Skotnicki
praenominatae Zophiae de eadem parva Skotniki Kalinska Po-
cillatrici Sanocen. Filiastrae suae et eius posteris super bona
infra scripta totarum et integrarum Villarum videlicet Modero-
wka cum Curia et praedio Szebnie, Iaszczew cum praedio Biat-
kowka et Baydowice in Palatinatu Sandomirien. districtu verò
Pilznen. iacen. Item Villas Tarnowiecz cum praedio Wrocank-
et Potakowka Sortes in Villa Chlebna cum praedio in Palati-
natu Cracovien. et districtu Biecen. consisten. modo et titulo
perpetuae donationis ex inductione eiusdem Gnosae Zophiae
Kalinska Pocillatricis Sanocen. nullaque praestita satisfactione
Imò

imò Contractu certo seu Intercisa inter praefatum Rndum Paulum
Skotnicki ab una et praedictam Zophiam Kalinska Pocillatricem
Sanocen. parte ab altera ratione certarum rerum et conditionum
ibidem descriptarum de Actu et data in Biecz die decima Quarta
Aprilis Anno eodem confect. et conscript. manibusque propriis ipsorum
et praefati Gnosi Iacobi Kalinski Pocillatoris Sanocen. subscripta et
sigillata sub damnis Terrestribus, simplicis verbi assertione sine
corporali Iuramento taxandis et eliciend. in eodem Castro Biecen.
die et Anno supra specificatis roborata subductam Inscriptione
eadem Donatoria atque Contractu roboratorio de praemissis latioribus,
merumque variarum comminationum, et immissionum violentarum aliarumque op-
pressionum extortam et recognitam Item alteram Inscriptionem Cessionariam
videlicet de Inscriptione Castren. Capitan. Biecen. quam Gnosus Ioannes
de Leszczyny Boglina satisfaciendo decreto Iudicii Tribunal. Regni
Lublinen. inter praefatum Rndum Paulum Skotnicki Actorem et eundem
Gnosum Boglina citatum Feria tertia post Dominicam Exaudi proxima
1639 ao Anno Millmo Sexcentmo Trigesimo Nono prolato, de omni et integro
Iure suo videlicet Quinque Millium Florenorum Poloniealium Summa in
bonis Villa Szebnow et aliis eo pertinen. Gnosae Olim Annae de
Leszczyny Consortis eiusdem Rndi Skotnicki haereditariis habere et
eidem Gnoso Boglina servien. saepedicto Rndo Skotnicki cessit
et condescendit, caviteque et se ac suos Successores de et super bonis
suis omnibus eidem Rndo Skotnicki inscripsit quod Summam prae-
dicta Quinque Millium Florenorum Polonicalium idem Rndus Skotni-
cki suis cum Successoribus non frustrabitur et ad se suosque Successores
revertetur. Tum de Summa praefata Quinque Millium Florenorum Polon.

in eadem Inscriptione de praemissis latiore expressa loco die et Anno
supra nominatis per eundem Rdum Skotnicki memoratae Gnosae Zo:
phiae Kalinska Pocillatricii Sanocen et eius posteris ex inductione
ipsiusmet nullaq praestita satisfactione, imo contractu praefato sub:
ductam, extortam et recognitam. Item tertiam Inscriptionem Cessio:
nariam Videlicet de Summa Octingentorum et Octuaginta flore
Polon sive alia quavis maiori vel minori originaliter olim Magni:
ficam Castellanam Osuiecimen ex bonis Villae Sibniow, Gnosae olim
Annae de Zeszyny Consortis praefati Rdi Skotnicki legitimae
haereditarie modo et titulo quovis concernen per eandem vero olim
Magnificam Castellanam Osuiecimen eidem Rndo Skotnicki Actis
sive Judicii Tribunal Regni Lublinen sive Castren Lublinen
Cessa et condescensa prout eadem cessio praemissa latius in se obloqui
tur tum de eadem Inscriptione Cessionaria loco die et Anno supra
expressis per eundem Rdum Skotnicki eidem Gnosae Zophiae Ka:
linska Pocillatricii Sanocen et eius posteris ex inductione ipsiusmet
nullaq praestita satisfactione imo contractu praefato subductam
extortam et recognitam. Item Quartam Inscriptionem Quietationis
de Summa Tredecim Millium Florenorum Polonicalium per praefatam
Gnosam Zophiam Kalinska Pocillatricem Sanocen praefato Rndo
Skotnicki Intercisa certa inter eundem Rndum Skotnicki ab una
et eandem Gnosam Pocillatricem ab altera partibus ratione certa:
rum rerum et conditionum ibidem descriptarum de Actu et datis in
Arce Kamieniec Superiori die Vigesima tertia Mensis Octobris Anno

Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo confecta et con:
scripta manibus propriis ipsorum et praefati Gnosi Kalinski Po:
cillatoris Sanocen subscripta et sigillata Actisq Castren Capitan
Sanocen sub Vadio Tredecim Millium Floren Polonical roborata
ad solvendum assecurata. Inscriptione eadem Quietationis de prae:
missis latiore loco, die, et anno supra expressis ex inductione
ipsiusmet Pocillatricis nullaq praestita satisfactione imo praefato
Contractu subductam extortam et recognitam. Item Quintam
Inscriptionem Cessionariam de omnibus et singulis Iuribus infra
scriptis Videlicet Intercisis certis una quidem inter praedictum
Rdum Skotnicki et praedictam Gnosam olim Annam de Ze:
szyny in Sebniow et Zaski haeredissam Consortem ipsius ab
una et Gnosos Samuelem de Rzepno Rzepinski atq Annam de
Zudlanice Coniuges legitimos parte ab altera ratione certarum
rerum et conditionum ibidem descriptarum de Actu et data
in Biecz feria Quarta post Dominicam Palmarum Anno Mil:
lesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto confecta et conscri:
pta manibus eiusdem Rdi Skotnicki et eiusdem olim Gnosae
Consortis ipsius ac supra scriptorum Rzepinskich Coniugum pro:
priis subscripta et sigillata Actisq Castren Capitan Biecen
sub Vadio Quinq Millium et Centum Floren Polonical roborata
Altera vero Intercisa inter praefatum Rndum Skotnicki ab una
et praefatos Rzepinskie Coniuges parte ab altera ratione
certarum rerum et conditionum ibidem descriptarum de Actu et
data quibus supra confecta et conscripta Manibusq ab utrinq pro:
priis

priis subscripta et Sigillata et Actis Castren Biecen sub Vadio Quindecem Millium Floren Polonical roborata. Tandem de Contractu certo inter eundem Rndum Skotnicki ab Una et Providos Kempinskie Coniuges parte ab altera ratione et ex occasione bonorum Dobniow et aliarum rerum ibidem descriptarum de Actu et data in Biecz die nona Junii Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo confecto et conscripto manibus eorundem Contrahentium nec non certorum amicorum ibidem descriptorum propriis subscripto et Sigillato Actisque Castren Biecen Sub Vadio Quindecem Millium Floren Polonical ab Utrinque roborato. Tum de ipsis Inscriptionibus praefatarum Intercisarum et Contractuum Roboratoriis Conditionibusque Vadiis foro et ligamentis Universis, ac insuper de rebus ipsis principalibus in Intercisis praefatis et Contractibus expressis eidem Rndo Skotnicki illius pro interesse servien Intercisis et Contractibus praedictis eorumque roborationibus de praemissis latius obloquentibus loco die et Anno supra connotatis per eundem Rndum Skotnicki eidem Gnosae Zophiae Kalinska Pocillatrici Sanocen et eius posteris ex inductione ipsiusmet nullaque praedicta satisfactione imo Contractu praefato subductam extortam et recognitam Nec non de Summa Viginti Millium Floren Polonical eidem Rndo Skotnicki in bonis Villae Zerakow servien et per eundem Rndum Skotnicki praedictae Gnosae Kalinska Pocillatrici Sanocen Contractu supra scripto de Actu et data in Biecz die decima quarta Aprilis Anno proxime praeterito confecto et roborato cum submissione statutionis Successorum suorum Videlicet Gnosarum

modernarum protestantium, assecurata Contractu eodem et Roboratione ipsius de praemissis latioribus, Solennitatibus ex Jure requisitis minime adhibitis ipsaque aequitate inconsulta neque observata nec denique considerata in praefato Rndo Skotnicki sanitate mentis et corporis, qui tunc modo Valetudinarius fuit, ac exinde ad recognoscendum inhabilis imo praemissis omnibus postpositis illicite participanter et indiscreta ratione temporeque sacro et ad inscribendum incompetenti quo Videlicet personae Spirituales ad Sacrosanctam Synaxim accedere, et sacris in Ecclesia Sanctae Catholica Ceremoniis et non Contractibus aut aliis negotiis Saecularibus ex nexu Vocationis et functionis suae sacerdotalis innovari tenentur qui quidem Rndus Skotnicki Vel tunc maxime Valetudinarius fuit quod nec inde Sacri Paschatis Resurrectionisque Dominicae ad audiendam, non modo celebranda Divina Ecclesiam adesse Valuit ad Acta Officii sui suscipere et Actis suis nulliter connotare, et ingrossare prout susceperunt et ingrossarunt. Per quod Juri et Officiis suis succubuerant: ipsi Vero Rndus Paulus Skotnicki et Generosa Zophia Kalinska Pocillatrix Sanocen Uti eorundem Officialium pars adhaerens Juri publico communi et naturali contravenien, et quidem Rndus Skotnicki quem lex et natura non ad laedendum Jura Clientum, sed ad patrocinandum et providendum indemnitati ipsarum habere Voluit loco debitae patrocinationis suae bona superius nominata in praefata Inscriptione donatoria expressa post olim Magnificos Joannem de Skotniki Skotnicki Castellanum Polanecen et Zophiam de Dobrek Ligezionka

Parentes suos et Proavos Protestantium derelicta et divisioni
æquali inter se decernen, et peragen (ratione cuius seorsive
manent actiones) obnoxia, sibi Verò Divisione quadam iniusta
et inæquali illicitè usurpata, et apprehensa prænominata Gnosa
Zophia Kalińska Pocillatrici Sanocen Filiastra sua modo et
titulo puræ donationis inscripsit et resignavit, aliasq plures
inscriptiones superius specificatas, Jus hæreditarium et bonorum
suorum substantiam enervantes et a Protestantibus alienantes
in rem et personam ipsius recognovit. Ipsa demum Gnosa Pocil-
latrix Sanocen Fatuum Rdum Skotnicki Patruum suum et
Avum protestantium ad supra seras Inscriptiones recognoscen-
das et defacto recognitas cum adverteret eum esse Valetudi-
narium et ex eo ad inscribendum et alienandum inhabilem partim
blanditiis et assentationibus partim comminationibus et oppressionibus
immissionibusq Violentis in bona suprascripta partim alys diversis
solertibus modis prout ipsi tempore et loco suis latius declara-
buntur adduxit, effecit et extorsit Sicq Protestantes in enor-
mem læsionem et bonorum Avitalium mutilationem præcipitavit
ac in damna maxima plusquam ad Centena Millia Floren Polon
taxanda et æstimanda induxit. Quoniam Verò per ipsos omnes
prædicta Gnosæ Protestantes graviter se inculcatas sentiant
Juraq publica læsis cadentibus paternè Succurrere semper
contendunt Igitur prænominata Generosa Kuropatnicka suo
et præfata Generosa Marianna Radziszewska Sororis suæ Amit-
tinæ, atq Rndi Skotnicki Avi sui Viri Valetudinarii et ad

cessionami Nieboszczkiey JeyMci Paniey Matzonki JEMci C iako
teź y z inszemi osobami JeyMci Pani Podczaszyna Sanocka a do
doskonałego uspokoienia Sentia JEMsci Xiędza Skotnickiego po-
trzebna była, tedy na tę zgodę pozwolić y do potrzebnych lu-
bo Quitow lubo Cessiey JEMci Xiądz Skotnicki stawać ad
Acta quævis Regni będzie powinien C wszystko y każda zosobna
zosobna strony pomienione obliguiąc się cum Successoribus suis
sobie adinvicem strzymać y wypełnić pod szkodami Zie-
mskiemi simplicis Verbi assertione taxandis dla lepszey wia-
ry y pewności ten Contrakt rękami własnemi podpisui-
my Aktami Grodzk[illegible] Sieckiemi roborui[illegible] Działosie
20 dnia [illegible] tego Miesiąca Kwietnia Roku Ty-
siącznego Sze[illegible] sesdziesiątego pierwszego

Anzibek de Magna Kon-
czyce generalis Capitaneus

Michael Sebj[illegible]

Ksawery Saffrier Leopolitan[illegible]

Ex Actis Castren Capitan[illegible]
[illegible] Extraditum

Correxit Mokrzecki

Legit Grzybowski

[illegible] 1623

[illegible]

[illegible]

[illegible]

III/722

Gsa Krosa Kunopatnicka
Protestatione exhibita
sum offert.
A.D. 1682.

Protestatio D. Kunopatnicka de Men-
ki suo et D. Radziszewska nomine
contra Andrum Paulum Mstowski
et Sophiam de Mstowski ratione in-
vatione adductionis ad renunci-
sceny quasuis inscriptiones et
donationes

Sab. pt. Conversionis S. Pauli
in Ro Leopoliens. 1682

Va 56.

~~IX 860~~